

**Sermo**

in eis legere. id est interiora et spiritu alia cogitare. Unde pri. cor. ij. **C**arni malis homo non percipit ea que sunt spiritus dei et corripitur. id est expelletur a superueniente iniquitate. quia ex quo semel venit: nunquam inde recedit. Ad quo autem veniat notatur cum dicitur. Ille testimonium perhibebit et testificatus est spiritus sanctus christum esse deum. in eo quod tam magnus donum de celo apostolis permisit. Testificatus eum resurrexisse a mortuis. quia homo mortuus solvere non valet permissum. sed christus mittendo paracletum soluit apostolis quod permisit. Et notandum quod specialiter nouem sunt que de ipso testimonium perhibuerunt.

**P**rimo pater in baptismo et in transfiguratione dicens. hic est filius meus dilectus etc.

**S**ecundo spiritus sanctus descendens super eum in columbe specie. et super apostolos apparens in igne.

**T**ercio opera miraculorum que nemo alius fecit. alij enim sancti proprie non faciunt miracula: sed fiunt a deo propter eorum merita. Unde Jo. xv. **S**i opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent.

**Q**uarto moyses in lege. Unde Jo. v. **S**i crederetis moysi: forsitan crederetis et mihi. de me enim ille scripsit. Deutero. xvij. **P**ropheta suscitabo tibi de gente tua et de fratribus tuis. ipsum sicut me audies. quod sicut moyses dedit legem. ita et in hoc christus fuit ei similis.

**Q**uinto scriptura prophetarum et totius veteris testamenti. Unde apoca. xij. **T**estimonium est ihesu spiritus prophete. Joh. v. **S**crutamini scrip-

**septuagesimastercius**

curas. quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere. et isti sunt qui testimonium perhibent de me.

**S**exto iohannes baptista. Joh. vi. **V**os misisti ad iohannem: et testimonium perhibuit veritati: cum ait. Ihs me venturus est qui ante me factus est. Item **E**cce agnus dei etc.

**S**eptimo turba acclamantium in die palmarum. Benedictus qui venit etc. Unde Joh. vij. **T**estimonium perhibebat turba que erat cum eo qui lazari vocauit de monumento.

**O**ctavo apostoli. de quibus dicitur hic. vos testimonium perhibebit etc. Unde actu. iij. **V**irtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis ihesu christi domini nostri. et hoc multipliciter. In linguarum locutione. In predicacionis certitudine. In miraculorum operatione. In flagellorum percellione.

**N**ono martires. Mathe. xliij. **V**os estis testes mei dicit dominus. qui etiam sanguinis effusione testificati sunt christum. Unde martir idem est quod testis. **H**ec testimonia omnium credibilia facta sunt nimis.

**E**odem die.

**S**ermo. lxxij. de epistola.

**A**d te omnia mutuas in vobismetipsis caritate committimus fratres. In verbis istis hortamur ad caritatem. In quibus omnium dicitur quia sit dignitas caritatis. qualiter sit homo. et quis sit effectus eius. **D**ignitas caritatis notat cum dicitur. **A**n oia scitis caritate fratres. **S**ed huic videtur oblatio quod dicitur. **A**n oia nolite iurare.